

ANALYSIS  
INSTITV-  
TIONVM IVRIS  
CIVILIS ET CANONI-  
CI HAC METHODO  
nusquam visa.

IQANNE GVÖRNERO  
SS. LL. AVCTORE.

*Contenta huius Tituli sequens Co-  
lumna secunda indicabit.*



URSELLIS,  
Ex Officina Cornelij Sutorij.

M. D C. IV.

num. 48. Capo. 9. num.  
40

Coll. Soc. Iust. Salini. Ed. 1614. n. 6

## **ANALYSIS INSTITUTION-**

**num Iuris Ciuilis & Canonici seu  
Pontificij methodica ; omnes De-  
finitiones, Diuisiones, & Distin-  
ctiones, quæ Institutionum Iuris  
utriusq; libris inseri solent, ordina-  
ta titulorum serie obseruata, com-  
prehendens.**

**O P V S C V L V M N O V V M ,**  
ac Tyronibus seu Baccalaureis Iu-  
ris examinandis utilissimum ; si-  
gularique methodo in eorum gra-  
tiam pro facilitori ingenij captu in  
lucem editum.

**Addito I N D I C E omnium Rubri-  
carum seu Titulorum Iuris utrius-  
que iuxta ordinem Alphabeti.**

**R E V E .**

INSTITUTIONVM

Seu

ELEMENTORVM DN. IV-  
stianiani Imperatoris

LIBER PRIMVS.

TITVLVS I.

*De Iustitia & Iure.*

**I**USTITIA, est constans & per-  
petua voluntas ius suum cuique  
tribuendi.

**I**us est ars æqui ac boni.

**I**urisprudentia est rerum diuinarum ac hu-  
manarum notitia, iusti atque iniusti scientia.

**I**uris præcepta tria sunt: Honeste vivere;  
Neminem lædere; Ius suum cuique tribuere.

**I**us est duplex: publicum & priuatum.

**P**ublicum est, quod ad statum rei Roma-  
næ spectat, & in sacris, Sacerdotibus & Magi-  
stratibus consistit.

**P**riuatum, quod ad singulorum utilitatem  
spectat, estque triplex, ut in 2. tit. seq.

A TITV-

**INSTITIONVM**

DNI. IVSTINIANI IMPE-  
ratoris lacratissimi

**L I B E R S E C U N D V S.**

**T I T U L V S L.**

*De rerum diuisione & adquirendo  
earum dominio.*



ACTENVS de personis actum  
est: sequuntur nunc Res, quod  
est secundum iuris subiectum.

Rei appellatione non tantum  
res ipsa, verum etiam causæ, fru-  
ctus, iura & scututes rei debitæ comprehen-  
duntur.

In doctrina de Rebus considerantur:

1. Diuisiones, quamcum dux in hoc tit. 1.  
tertia vero in secundo titulo huius libri tra-  
ditur.

2. Modi acquirendi rerum dominia tam de  
iure gentium, quam ciuili.

De modis iuris gentium Justinianus tractat  
à §. singulorum 2. usque ad finem huius tit. De  
modis vero iuris ciuilis Imperator agit infra  
tit. 9. huius libri secundi.

runt: & qui eam, quæ apud ipsos ex publicis rationibus remansit, non restituerunt.

Huius damnati amplius tertia quam debent parte puniuntur ex Lege Iulia de residuis.

**FINIS LIBRORVM INSTITUTIONVM IV.** Dn. Iustiniani Imperatoris sacratissimi.

ELEN-



*ANALYSIS LIBRO  
RVM IV.*

**I N S T I T U T I O-**  
**N V M I V R I S C A N O N I C I**  
**H A C M E T H O D O N V S Q V A M**  
visa; omnes Definitiones, Diuisiones, &  
Distinctiones, quæ Institutionibus in-  
seruntur, ordinata Titulorum  
serie obseruata, compre-  
hendens.

IOANNE GVÖRNERO  
SS. LL. AVCTORE.

*Additio IN DICE Canonum & Titularum  
juriis Pontificij ordine Alphabetico.*



URSELLIS,  
*Ex Officina Cornelij Sutorij.*

M. D. G. III.

*De Iure diuino, Consuetudine & con-  
stitutionibus.*

## TITVL. II.

Us diuinum est, quod in lege continetur.  
& evangelio, atque immutabile semper  
permanet.

Præcepta legis & Euangeli sunt aut mo-  
ralia, aut mystica.

Moralia præcepta nullam proorsus mu-  
tabilitatem recipiunt.

Mystica, et si quantū ad superficiem mu-  
tata videantur: secundum moralem tamen  
intelligētiā nullam recepisse mutationem  
competiuntur.

Consuetudo est ius non scriptum, tacito  
majorum consensu inductum, & diuturnis  
vitentium moribus comprobatum.

Consuetudo dicitur ab eo, quod in com-  
muni vīo est.

Consuetudo alia generalis, alia specifica.

Generalis est, quæ constitutionem, con-  
suetudinem omnesque iuriis partes conti-  
net.

Specificā est, quæ moribus tantū viētum  
refrēta, in consensu populari tacitè confi-  
dit, & per usum longi temporis comproba-

tur.



## INSTITUTIONVM IV. RIS CANONICI LI. BER SECUNDVS.

*De rerum diuisione atque illarum ad-  
ministracione.*

### TITVL. I.

**P**RIMO Libro de Iurē persona-  
rum exposuimus: modò vi lea-  
mus de rebus ecclesiasticis, illa-  
rumq; diuisione & administra-  
tione.

Res ecclesiasticæ aut sunt spirituales, au-  
temporales.

Spirituales sunt, quæ spiritui deseruunt,  
atque animæ causa sunt institutæ, vt sacra-  
menta ecclesiæ, altaria, & his similia.

Temporales sunt, quæ non tam spiritus  
quam corporis gratia pro ecclesiasticis mi-  
nisterijs sacrorumq; ministrorum usu com-  
paratæ sunt, vt prædia, domus, & fructus de-  
cimales.

Rerum spiritualium quædam sunt incor-  
porales quædam vero corporales.

Deniq; nec prætextus appellationis violator bas interdicitur, et minimè suffragatur;

Sicut enim hi post appellationem excommunicari non possunt, sic interdictum, cum ante appellationem eos esse suppositos constat, declinare nequeunt.

Hucusque de sententia excommunicationis & ecclesiastico interdicto actum esse sufficit: Nunc ultimo loco de suspensione tractemus.

---

*De Suspensione.*

TIT. XV.

**S**VSpēsio est inhabilitas quædam ordinum vel officiorum ecclesiasticorū, executiō nem impediens.

Suspensio alia est Canonis, alia judicis  
Canonis est quæ ipso jure inducitur, ut: cū quis ob simoniam, vel ob notoriam fornicationem, vel aliud crimen ipso jure à sui executione ordinis, vel officij arcetur.

Ob mortale peccatum seu crimen per sententiam, vel per confessionē in jure factam, aut per ipsius rei evidentiam nō notorium, quis est suspensus, quo ad seipsum; quo ad alios tamen pro suspenso non habetur.

Judicis suspensio est, quæ fit per judicis

sen-